

coniugij sacramentum commissum est regulandum
propter varietates que circa hoc sacramentum incidere
possunt et propter morbum annexum qui est maxime
infectivus et misericordie tenens modum et ideo ip-
sius ecclesie est gradus generalitatis limitatus sicut per
tempore expedire videtur et personas legitimas vel
illegitimas iudicare et divortia facere. sed nunquam
debet nec potest manifestum quod lamine introduc-
tum est annihilare quia quos deus coniunxit homo non
potest quantumcumque sit magne potentie separare
cum ipsius dei iudicio iudicandi remaneant uni-
versi.

Incipit septimus et ultimus de iudicio finali

Dostenduntur alique breviter dicta sunt de trini-
tate dei de creatura mundi de corrupte-
la peccati de incarnatione ubi de gracia spi-
ritus sancti de medicina sacramentali.

Restat nunc septimo et ultimo alique breviter tangere
de statu finali iudicii. De quo in summa tenendum est quod
sine dubio iudicium universorum futurum est in quo per dominum
nostrum ihesum christum iudicabit vivos et mortuos bo-
nos et malos reddendo unicuique secundum exigentiam
meritorum. In hoc autem iudicio fit apertio librorum
scilicet consciarum quibus merita et demerita universorum ipsis
et ceteris innotescant faciente hoc virtute illius libri
vite ubi. scilicet incarnati qui in forma divinitatis non videbitur nisi
a bonis. In forma vero humanitatis in qua summa promulgabitur
videbitur tam a bonis quam a malis habentibus in eadem forma